

Heinrich Schuckmann

Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Schuckman, I. U. D. & Codicis Professor. A fuga tenebrarum Ad S. Angelorum Imitationem, Omnes Academiae Cives serio exhortatur

Rostochii: Kilius, 1642

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734810954>

Druck Freier  Zugang



RU. Progr. 1642

1) Hier. Schuckman

4 -

3) Joh. Quistorp



PROGRAMMA

QVO

RECTOR

Universitatis Rostochiensis

HEINRICVS SCHVCKMAN,

J. U. D. & Codicis Professor.

A fugâ tenebrarum

Ad

S. ANGELO-
RUM Imitationem,

*Omnes Academia Civés seriò
exhortatur.*



ROSTOCHII,

Literis NICOLAI KILII, Academix Typographi,

ANNO M DC XLII.



Eati Spiritus, quorum memoriam, hodierno die, Ecclesia resumit, cum sint puræ & ab omni labis inquinamento secretæ mentes, tantopere ducuntur amore Creatoris sui, ut ordinum divinitus institutorum acerrimos quovis tempore defensores se exhibeant: Horum enim fideli ministerio, quo inde à condito mundo, uti placuit æterno rerum Moderatori, debetur hæctenus, quod status in orbe, vel ordo aliquis, qui ipsum DEUM authorem habet, salvus & intemeratus superfit: Nam & illorum curam agunt, quos cœlestis providentia præesse voluit ordinariis vitæ generibus, & pro horum salute castrametantur, qui subsunt ex divinâ dispositione aliorum regimini: *Illos*, quantum in se est, ab omni latere defendunt, caventes se-
riò,

riò, ne vel carnis ferociâ, vel Diabolicis suggestionibus inducti, grandiora subindè admittant, ex quibus toti corpori lethalis ruina impendeat; præsertim cum ab iis, qui in majori dignitate sunt constituti, & conspectioribus præ fæce vulgi donis ornari, facile fieri queat, graviora patrari facinora, quæ sint cum extremo multorû exitio copulata. *His* in quorum salute, non exiguum Communi Bono momentum versatur, ita præsidet peculiari patrocínio, ne laxatis licentiæ frænis, in id prorumpant, quod vergere possit in abominandum ordinis sui dehonestamentum, potius per universum vitæ cursum, quomocumque agere instituerint, intra officii ac subjectionis limites modestè se contineant. Quâ in parte nihil non arcere student fidissimi custodes, quod vel jacturam bonis ordinibus vel interitum & excidium minari noverunt. Et ab hâc suâ indefensâ vigilantia, nunquam sive fastidio, quod Angelicæ perfectioni quam maximè repugnat, sive alio quocunq; respectu, cum ab affectuum turbine longissimè absint, vel tantillum se moveri patiuntur, quin omninò in commissâ sibi custodia constanter

persistant, nisi forsitan obstinatâ humanæ mentis impietate compulsi, cedere aliquando & sic protervum hominem suo ipsius arbitrio, nolentes relinquere cogantur. Sed quanto benigniori ac proniori affectu bonus Angelus fertur, ut nihil, eorum negligat, quibus legitimorum statuum, quos DEUS in orbe Christiano, operum suorum vivas quasi officinas esse voluit, debitum robur, debitaq; integritas illæsa manere possit; tantò contra ferventiori odio ac intensiori livore flagrat diabolus in DEUM & quicquid est DEI, ut nihil intentatum relinquat, quod ad turbandos ordinum divinatorum circulos; quoquo modo propendere sciverit: Ut taceamus, funestos illos & communes bellorum motus, quos nocentissimus pacis turbator, per maximam Europæ partem etiamnum excitat, & excitatos subindè fovet, hisq; non aliud quicquam intendit, quàm ut Ecclesiam, Republicas & cætera Creatoris sui instituta, uno quasi ariete convellat atq; concutiat. Dolendum saltem, quod rem suam adeò vafre, adeò callidè ac dolosè persequi noverit, ut apud eos etiam patulas portas, ac fores inveni-

at,

at, à quibus vel maximè omnis ipsi aditus,
omnisq; meatus intercludi debebat. In ipsam
Ecclesiam & eos qui Ecclesiæ præsumt, non
veretur infensissimus DEI & hominum ho-
stis, ubicunq; occasionem fuerit nactus, e-
vomere virus suum, adeòq; domum divinam
à capite ad calcem inficere & nisi superior po-
tentiâ obsisteret, totam, conficere & labe-
factare. Ipsi enim malitiæ ac versutiæ o-
mninò adscribendum, quod hinc indè tanta,
pro lubitu, tamq; futilia sæpè scismata feran-
tur, quod opus Domini segniter expediant.
quibus erat fidelissimè expediendum, quod
horrenda scandala, vitia ac flagitia, quibus a-
riori disciplinâ obviam iri poterat, impunè
cum animarum dispendio, quasi licita mi-
nusq; prohibita tolerentur. In civili guber-
natione & communi vitâ, quid & quantum
valeant Diaboli fraudes, technæ & machinæ,
ærumnosa, proh! dolor, totius Germaniæ fa-
cies evidentissimè ostendit. Eò namque per-
duxit ater, ille & impurus Spiritus, ut prisca
fides, æquitas ac Justitia, miserè nunc afflicta,
& veluti prorsus sepulta jaceat. Contra verò
elegantior versutiæ, gloria mundana & quic-
quid est aliorum respectuum, cristas erigant,
viresq;

viresq; paulatim eminentiores acquirant. Omnium verò pessimas & fortissimas ad nocendum fabricas intentare conatur Scholis & Academiis, ceu quibus pessundatis, universos in Orbe status, corruisse simul intelligit. Modò enim eorum animos impetit, qui formandæ regendæq; Juventuti vacare debent, ut posthabitâ officii ratione, vel negligentia, vel præposterâ conniventia, vel pravis quibuscunque exemplis, non rarò in sequiorem partem inclinent, quàm quò ducit Legum & Juramenti religio: Modò illorum attentat ingenia, qui sapientiæ ac virtuti, operam dare tenentur, eaq; cum ad licentiam sint proclivia, facile à via abstrahit honestatis, & ad proterviam, luxuriam, nocendi libidinem, aliorumq; vitiorum copiam incitat atque impellit, usquè adeò, ut contra Juris divini ac Legum præscripta, talia sæpè machinari non erubescant, quæ ne homini quidem, nedum Christiano, multò minus bonarum artium ac virtutum studioso convenire possunt. Tantas insidias, Cives Academici, vobis & vestro ordini quovis tempore strui videtis à diabolo totâq; infernali catervâ.

Vos

Vos qui nati estis ad veram non fucatam
gloriam, quos non impetus Judicii expers,
quoquo versum libuerit, sed recta ratio ad
virtutem ducit; Vos quorum mentes, à limo
terrenarum rerum abductæ ea appetunt,
quæ diviniore sunt ingenii; sicq; adspirant
ad dulcissimam, quæ reposita est in Cœlesti
Universitate, conjunctam cum ineffabili læ-
titiâ beatorum Spirituum conversationem:
Vos, veluti æquiores Ordinationum divina-
rum æstimatores, vitam moresq; vestros,
longissimè sejungetis ab istis operibus, in
quibus tenebrarum Princeps primatum te-
net! Vobis toto pectore abominandum vi-
debitur, quicquid tam fœdissimum & impu-
dentissimum spiritum autorem habet. Age-
tis contrà & enixè studebitis, ut vita mo-
resq; vestri, ad honestatem, prout par est,
compositi, naturæ Angelorum, quantum
fert humana imbecillitas, quàm maximè re-
spondeant. Modesti illi sunt, & ab omni-
bus turbis alienissimi; Vos quoq; modesti-
am vestram, notis pariter atq; ignotis proba-
tam dabitis. Justissimi sunt, & Legum or-
dinumq; divinorum ubivis tenacissimi; Vos
item & iis unice, quæ & dicuntur honestæ
Leges

Leges ac statuta divinitus ordinata, imò ipsa
communis ratio præscribit, semper ac in-
qualibet actione palmam tribuetis. Nemini
sunt graves; sed omnium commodis milita-
re parati; Vos itidem, nihil minus de vobis, si
horum vestigia seridò sequi constituistis, dici
unquam aut cogitari patiementi. Ita fiet,
propitio Numine, ut vastissimo regno Sata-
næ, ubi grandiores periculorum scopulos
emenfi fueritis, per vos aliquandò, cuicunq;
conditioni operam vestram divina provi-
dentia assignaverit, qualiscunq; illa sit, jactu-
ra nascatur. Cogitabitis autem, quanto illud,
tàm in præsentì, quàm secutura vitâ, coram
DEI & omnium Angelorum conspectu ho-
nori, laudi, æternoq; gaudio futurum!


P. P. Rostochi in festo Michaëlis

die 29. Septembris An-

no 1642.



Vos qui nati estis ad vera
gloriam, quos non impetus
quoquo verum libuerit, se
virtutem ducit; Vos quorum
terrenarum rerum abductæ
quæ diviniore sunt ingenii;
ad dulcissimam, quæ reposita
Universitate, conjunctam cu
titiâ beatorum Spirituum co
Vos, veluti æquiores Ordina
rum æstimatores, vitam m
longissimè sejungetis ab istis
quibus tenebrarum Princeps
net! Vobis toto pectore ab
debitur, quicquid tam fædis
dentissimum spiritum autore
tis contrâ & enixè studebit
resq; vestri, ad honestatem,
compositi, naturæ Angeloru
fert humana imbecillitas, qu
spondeant. Modesti illi sun
bus turbis alienissimi; Vos
am vestram, notis pariter atq
tam dabitis. Justissimi sunt
dinumq; divinorum ubi vis te
item & iis unicè, quæ & dic



the scale towards document

atam
pers,
io ad
limo
unt,
irant
celesti
li læ
nem:
vina
stros,
in
m te
m vi
mpu
Age
mo
r est,
tum
è re
mni
desti
oba
n or
Vos
nestæ
reges